| Nume-rorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 279 | Argumentum idem in gemma valde magna, vbi Caeſar iacens confoditur a quatuor tunicatis, qui ſaga ſumſerunt. Prope eſt ſtatua loricata ac paludata, *quae PompeI eſſe ſcilicet intellegitur*, et epiſtylium in columnis Gotthicis. *Non valde vetus videlicet opus.* | Cryſtallos | Romae vsquam | |
| 280 | CALPVRNIA *Caeſaris creditur a quibusdam eſſe ea ſpecies mulieris velatae et ampliter peplo amictae, ſed fluente, diſcinctae videlicet, vt in luctu. attamen vultus laetitiam fatetur. Sedet autem in ſubſellio, ſiue cathedrae genus eſt, ac tenet dextra vmbellam, quales vmbellas populi arboris foliorum ſpecie etiam ſupra, in argumentis gemmarum Hermaphroditi vocabulo editis, videre eſt. ſub pedibus ſcabellum, dignitatis, vt vmbella, ſignum. Contra eam columna parua poſita eſt, in quo ſignum ſatyri, quantum cernere licet, irriſoris: quo geſtu etiam penes nos Paniſcorum e ſigillis vetuſtis exempla ſunt. Diuerſis quidem nominibus haec per diuerſos auctores ſpecies traditur. Nobis Muſa videtur acres* | Amethyſt. | Rex Gall. | |

*cum*

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | *cum cura Satyrae Graecorum ſales meditata. Nam pes quoque, qui apparet, ſocci planipedum quaedam veſtigia habet.* | | | |
| 281 | AVGVSTI caput nudum inter duo Copiae cornua, quae aquila velut alis expanſis leuat. | Onyx | | |
| 282 | Aliud eiuſdem, *Auli* opus: pulcrum quidem illud, ſed non ſatis reddens formae ſimilitudinem illius. | Sarda | | |
| 283 | Aliud illius iuuenile ac nudum, in gemma magna. | Amethyſt. | Rex Gall. | Mariette T. 2, n. 60. |
| 284 | Aliud, minore in gemma, *ſimile ſatis eius, nam litterarum elementis praeſcriptis poſtilla,* AVG, *non multum tribuendum eſſe equidem exiſtimo.* | Achat. varia | | |
| 285 | Aliud chlamydati ac fere triſtis, in anulari minore. | Sarda | | |
| 286 | Aliud iam laureatum, aetate media, et pulcrum. | Sarda | | |
| 287 | Aliud eius, vt edebatur, nudum chlamydati, *Dioſcoridis*, quod e litteris colligebant ſubſcriptis, opus. *Sed, ſi nos ad ſententiam ferendam omnino vocamur, neque frons eſt in iſto Octav. Auguſti, neque naſi ſpecies, neque oris, quamuis pulcri, is modus, aut totius capitis ab mento ad verticem, a ſumma fronte ad ceruices, ea con-* | Carbunc. amethyſtiz. | March. a Maximis | Stoſch tab. 24. |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | *formatio, qualia reliquae omnes Caeſaris eius imagines reddunt. Vt aut fabros reliquos omnes, qui numorum formas, qui anulorum ſigna, iſto vultu, eo imperante extuderunt, indiligentes et indoctos fuiſſe oporteat, aut Dioſcoridem praecipue ſolum: quorum alterutrum vt ſit, fieri nunquam poteſt.* | | | |
| 288 | Aliud nudum chlamydati, in gemma paullo maiore, conuexa. | Sarda | | |
| 289 | Aliud eius fere ſenis laureatum caput, pulcra et honeſta ſpecie. *Pone ceruices eſt tauri, victimae quippe maioris, Ioui immolandae, cum lauri ramo caput: cui inſidet aquila alis expanſis.* | Sarda | C. a Wackerbarth | |
| 290 | AVGVSTI iuuenilis et pulcra laureati et loricati in gemma maxima Imago. *Et lorica quidem Aegida Gorgone et ſquamis imitata, eiuſmodi eſt, qualem, Poetae verbo,* Texuit innumeri lubricus vnguis apri. | | | |
| 291 | CAESARIS OCTAV. ANTONII, LEPIDI, Triumuirorum Capita iugata. | Iaſpis | Rex Gall. | Mariette T. 2, n. 48. |
| 292 | AVGVSTI et LIVIAE capita iuuenili vultu iugata. *infra litterae obſcurius in-* | Onyx | | |

*ſcalptae.*

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | *ſcalptae. quarum nobis claruerunt ſolum iſtae. . .* ΛKI - - Σ. d. | | | |
| 293 | Eorundem grandiorum, et Auguſti quidem laureati, capita iugata : *opere probo.* | Onyx | | |
| 294 | DIVI AVGVSTI caput radiatum. *ſubeſt aquila parua in globo, conſecrationis ſignum.* | | | |
| 295 | Aliud AVG. caput nudum, *atque vt conſecrati, iuuenile et pulcrum, opere docto.* e gemma maxima alte exſcalptum. | Onyx exſc. | | |
| 296 | LIVIAE AVG. Imago cum diademate muliebri, et velo, in gemma magna. | Onyx | Mylord Carliſte | |
| 297 | Alia eiuſcemodi illius. | Sarda | Imp. Ro. Aug. | |
| 298 | Alia, *vt edunt,* LIVIAE, tanquam Ceres, ſpicis coronatae. | Sarda alba | Menina natione Iud. Portu Lib. | Muſ. Flor. T. 1, t. 2, n. 3, 4. |
| 299 | Alia eiuſcemodi. | Sarda | | |
| 300 | M. AGRIPPAE caput roſtrata corona inſigne. | Sarda | | |
| 301 | Aliud Romani, quod Agrippae edebatur, quoniam prora nauis ſub ore ſcienter addita, opere pulcro, in gemma parua. *Videndum, ſi ſit fortaſſe C. Duillii: nam PompeI non eſt.* | | | |
| 302 | IVLIAE, *vt putant,* Auguſti filiae caput mitella cultum, pulcrum. | Achat. alb. | Rex Gall. | Mariette T. 2, n. 56. |
| 303 | Aliud eius, vt edunt, item ſingulare. | Sarda | | |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 304 | L. CAESARIS, *vt edunt*, Imago, vultu recto l. intuentibus aduerſo. opus, *ſi recte adſequimur mediocri oculorum acie litteras minutiſſimas*, *Solonis.* | Sarda | | |
| 305 | C. CAESARIS, *vt putant*, caput, *gemma parua item litterata*, *ſiglis* Λ. et N. | | | |
| 306 | MAECENATIS, *vt interpretantur*, Caput. *Dioſcoridis* opus. | Amethyſt. | Rex Gall. | Mariette T. 2, n. 49. |
| 307 | Alius, *quod edunt*, eiusmodi: *vtut diuerſa conformatione vultus ac narium praeſertim. Solonis* opus. | Sarda | Ricardi | Muſ. Flor. T. 2, t. 20, 2. |
| 308 | TIBERII caput nudum | Sarda | | |
| 309 | Aliud eius, *opere probo*, laureatum. *Talis prorſus apud nos in exſcalpta onyche emendatiſſima Tiberius. Nam ſuper vultibus illuſtrium non tam numi, quam anularium ſigna parua, teſtes citandi ſunt.* | | | |
| 310 | GERMANICI caput nudum. *Apud nos item in Sarda eſt laureatum, tanquam qui triumphum duxerit, idque aliquanto decentius ſingulari gratia nitidum.* | Sarda | | |
| 311 | Alia eius, *vt putant*, Imago paludati. | Sarda | Rex Gall. | Mariette T. 2, n. 57. |
| 312 | Aliud eius, *vt quidem edunt*, caput nudum: e gemma magna exſcalptum. | On. exſc. | Dux Stroz. | |
| 313 | Imago eius, vultu recto, chlamydata. | Onyx | a Wengler Conſ. | |

314 AGRI-

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 314 | AGRIPPINAE maioris, quae editur, eleganti capillorum cultu, recto que vultu, Imago ſtolata ſcitiſſima. | | | |
| 315 | C. CAESARIS Caligulae caput. *Myconis* opus. d. | | | |
| 316 | Aliud illius, *vt volunt*, caput nudum. | Sarda | Curia Lipſiae | |
| 317 | Aliud, in gemma minore, laureatum. *niſi quidem fuerit Neronis.* | Carched. | | |
| 318 | Aliud, paullo maiore in gemma. | Carched. | | |
| 319 | Aliud in gemma parua. | Sarda | | |
| 320 | CLAVDII caput laureatum, in gemma magna. | Iaſp. rub. | | |
| 321 | Aliud eius iſtiuscemodi. | Sarda | | |
| 322 | Et aliud. | Iaſp. rub. | | |
| 323 | VALERIAE MESSALINAE Caput, opere ſcitiſſ. in gemma parua. | Sarda | | |
| 324 | BRITANNICI imago chlamydati pulchella. | | | |
| 325 | Eiuſdem et Agrippinae, *vt edunt, ſiue ea potius Octavia ſoror eſt, capita adverſa. parum certa oris ſimilitudine.* | | | |
| 326 | AGRIPPINAE minoris eleganter comtae Imago pulcra. | Sardonyx | | |
| 327 | NERONIS caput laureatum. | Sarda | | |
| 328 | Alia eius chlamydati Imago, in gemma conuexa ſingularis. | Carched. | | |
| 329 | Caput eius in gemma maxima altius exſcalptum, pulcrum. | Onyx exſc. | | |
| 330 | Aliud caput eius laureatum, in gemma parua. | Carched. | | |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 331 | Aliud triſtiore vultu. *niſi tamen is vultus Germanici eſt inimici ſcelere acerba fata ſubituri. In ſummo pectore apparere videtur non Gorgon, ſed Inuidiae perſona.* | Sarda | | |
| 332 | POPPAEAE Neronis, vt creditur, Imago. | | | |
| 333 | Alia eius fere melior. | Sarda | | |
| 334 | GALBAE querna corona *ob ciuis ſeruatos* culti, et paludati, Imago in gemma maiore. | Achates | Rex Gall. | Mariette T. 2, n. 59. |
| 335 | Alia eius laureati. | Beryllus | Rex Sicil. | |
| 336 | Eiuſdem caput laureatum. | Amethyſt. | Dux Odeſcalc. | Muſeum T. 1, tab. 17. |
| 337 | Alia eius laureati ac togati Imago ectypa e gemma maxima. | Onyx exſ. | | |
| 338 | GALBAE interitus, armatis circumſtantibus quatuor. *Infra litteris maiuſculis ruditer inpreſſis notatur* ΑΔΜΩΝ. *vnde ſcilicet fides fieret, veterem hoc vocabulo gemmarium id extudiſſe.* | Sarda | Dn. Bianconi | |
| 339 | Othonis, vt putabant, Imago paludati laureata, *opere minime probo*, in gemma parua. | | | |
| 340 | Alia eius credita Imago e gemma ectypa, maxima. *at nobis quidem ille Titus videtur.* | Onyx exſc. | Mylord Morpeth | |
| 341 | A. VITELLII caput laureatum. | Sarda | | |
| 342 | Aliud eiuſmodi in gemma minore. | | | |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 343 | FLAVII VESPASIANI caput laureatum in gemma magna. | | | |
| 344 | Aliud eius, in minore. | Sarda | in Galliis vſquam | |
| 345 | Aliud, *niſi tamen is, vt nobis quidem videtur, Vitellii vultus eſt.* | | | |
| 346 | FLAVIAE DOMITILLAE caput pulchellum. | Onyx | C. Moszynski | |
| 347 | T. VESPASIANI caput laureatum. | Sarda | | |
| 348 | Alia eius Imago paludati laureata. | Sarda | | |
| 349 | IVLIAE TITI, ſingulari cultu ſpectandae, caput altius opere docto in gemma maxima inpreſſum. *Euodi* opus. | Beryllus | Theſ. S. Dionyſ. | Stoſch, t. 33. |
| 350 | Alia illius Imago, in gemma minore. | Amethyſt. | | |
| 351 | Et alia pulcra. | Carched. | C. Moszynski | |
| 352 | Alia. | Sarda | Dux de Leeds | |
| 353 | Alia in minore etiam. | Carched. | | |
| 354 | Alia, in minore valdeque conuexa gemma. | Topaſios | Imp. Ro. Aug. | Muſ. Flor. T. 1, tab. 23, n. 4. |
| 355 | Alia. | Carched. | | |
| 356 | Alia in gemmula minuta. | Onyx | C. Moszynski | |
| 357 | Alia eiuſcemodi. | Achaton. | Idem | |
| 358 | DOMITIANI caput laureatum. | Heliotrop. | Idem | |
| 359 | Alia illius Imago chlamydati laureata, in gemma paullo maiore. | Sarda | | |
| 360 | Aliud, quod caput illius edebant. *at nobis Neruae videtur.* | Sarda | | |
| 361 | DOMITIAE LONGINAE Imago *ſcita, opere probo.* | Sarda | C. a Wackerbarth Salmour | |
| 362 | NERVAE caput laureatum. | | | |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 363 | Aliud eius, vt edebant, nudum. *Sed nos ſaeculi prioris illuſtrem e Romanis virum putamus: quod niſi frons, et nares, et capilli cultus alius, at vel opus doctius, quam pro Neruae tempeſtate, oſtenderet.* | Sarda | | |
| 364 | TRAIANI, PLOTINAE et MARCIANAE Imagines, capitibus iugatis | Onyx | Rex Sicil. | |
| 365 | Eorum et MATIDIAE Imagines aliae ſcitae, capitibus inter ſe geminatim obuerſis. *opus ſingulare ac pulcrum.* | Onyx | | Maffei Gem. T. I, t. 38. |
| 366 | TRAIANI, *vt creditur*, caput. infra ſpicae grauidae et libra impoſita modio. | | | |
| 367 | Idem argumentum Imaginis, et ſpicarum, et librae cum duabus lancibus, et modii ſub iugo librae, temporum felicitatem et abundantiam ſignans, *doctius illud inſcalptum in gemma paullo maiore. ante ora imaginis litterae leguntur*, TRAIA. *et infra* S. C. *quod eſt*, Senatus Conſulto. *E numis expreſſum.* | | | |
| 368 | PLOTINAE Imago. | | | |
| 369 | MARCIANAE. | Sarda | | |
| 370 | MATIDIAE. | | | |
| 371 | Alia illius in gemma maiore. | | | |
| 372 | Et alia eiuſcemodi | | | |
| 373 | Alia in minore gemma. | Sarda | | Zanetti Dactylioth. t. 19. |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 374 | Et alia. | | | |
| 375 | HADRIANI, *vt edunt quidem*, fere togati, capite nudo, vultu recto, altius inpreſſa imago, *opere probo, nec ſatis temporum eorum.* | Amethyſt. | Dux Odeſcal. | Muſ. Tom. I, tab. 21. |
| 376 | Alia illius laureati ac loricati paludati que, Imago *iam certa*, in gemma magna. | | | |
| 377 | Alia capite nudo chlamydati fere, in gemma, quam iſta ſuperior, minore. | Carched. | in Galliis vſquam | |
| 378 | SABINAE Imago. | Sarda | | |
| 379 | HADRIANI et ANTINOI capitibus inuicem aduerſis Imagines. *Antinous maior hic paullo et altior redditus, vt deus iam tum conſecratus, quum inter mortales etiam Hadrianus viueret. in ſumma fronte flos loti eſt. Infra litteris minutiſſimis ſcriptum,* ΘΕΙΟϹ ΑΝΤΙΝΟΟϹ i. *Divus Antinous.* | Sarda | | |
| 380 | ANTINOI chlamydati Imago in gemma magna. | Amethyſt. | Zanetti | Dactylioth. tab. 22. |
| 381 | Alia eiuſcemodi. | Cryſtallos | | |
| 382 | Et alia in paullo minore, *opere, quam fere ſuperiores, melior.* | Onyx | | |
| 383 | Aliud illius, *vt quidem interpretantur*, caput. *Vultu eſt demiſſo ac triſtiore, tanquam fata immatura pro incolumitate Hadriani ſubiturus. vt triſtem item Marcellum apud inferos Virgilius facit.* | Sarda | | |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 384 | Aliud eius caput tale, in gemma minore. | Sarda | | |
| 385 | Aliud pulchellum, in conuexa anulari. pone ceruicem litteris minutiſſ. inſcriptum legitur, ANTINOOC. | Sarda | | Maffei Gem. T. 1, t. 40. |
| 386 | Alia eius peplo fere leuiter amicti ad ſummum ventrem vſque Imago pulcra ac ſingularis, in gemma maiore. *Iſtarum, quas percenſuimus hactenus, imaginum omnium, et numorum quoque, gratiam oris in homine formoſiſſimo mirificam, vincere nobis quidem videtur elegantia quadam ectypae ſcalpturae, vetus et minima, reddens Antinoum, ſiue Onyx Indica, ſeu vitri genus ſingulare; eſt enim vel doctis obſcurum. Ea hac in vrbe, inter alia id genus vetuſtatis eruditae veſtigia, adſeruatur.* | Sarda | | |
| 387 | AELII Caeſaris caput nudum. | | | |
| 388 | ANTONINI PII et FAVSTINAE capita iugata. | Onyx | | Muſ. Corton. tab. 77. |
| 389 | ANTONINI PII caput nudum. | Amethyſt. | Imp. Ro. Aug. | Zanetti Dactyl. t. 20. |
| 390 | Eiusdem, *vt editur*, Imago paludati in gemma maiore pulcra. | Amethyſt. | | |
| 391 | Aliud eius caput e gemma maxima altius per ectypam redditum ſcalpturam. | Onyx exſc. | | |
| 392 | Illius et FAVSTINAE, vt edunt, capita inter ſe in- | Achatonyx | | |

tuentia

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | tuentia et obuerſa. Intra eorum ora inſcriptum eſt litteris maiuſculis, * LIBENS * | | | |
| 393 | Eorum item capita eiuscemodi, in anulari parua. opus nitidum. | Sarda | | |
| 394 | FAVSTINAE maioris Imago pulchella. | Sarda | | |
| 395 | Alia illius. | | | |
| 396 | Et alia, vt quidem edebatur, in gemma minima. | | | |
| 397 | Alia illius cum velo. | | | |
| 398 | Et alia ſine velo, ſcita. | Sarda | PRINC. REG. | |
| 399 | Item alia in gemma paullo maiore. | Sarda | EL. SAX. | |
| 400 | M. AVRELII ANTONINI caput nudum. | Sarda | C. a Wackerbarth Salmour | |
| 401 | Statua illius equeſtris, *qualis hodie in Capitolio Romae ſpectatur*, in anularis gemmae area conuexa, *optime reddita.* | | | |
| 402 | FAVSTINAE minoris Imago velatae. *ſiue ea Pſyche eſt: apparet enim in ſummo pectore, niſi fallit ac deſtituit nos oculorum acies, papilio.* | | | |
| 403 | Alia FAVSTINAE min. aliter cultae, *iam certius,* Imago in gemma parua. | Sarda | | |
| 404 | ANNII VERI Caput chlamydati. | Sarda | C. Moszynski | |
| 405 | CEI. COMMODI VERI et DOMITIAE LVCILLAE capita inuicem aduerſa. | | | |
| 406 | L. VERI capite nudo paludati Imago. | | | |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 407 | Alia illius paludati, in gemma maiore, Imago opere emendatiſſimo inprimis pulcra. | Carbunculus amethyſtiz. | Dn. Bianconi | |
| 408 | LVCILLAE VERI in gemma minore Imago ſcita. | Onyx | | |
| 409 | Alia illius in gemma minima. *Vtrinque ſiglis inſcriptum maiuſculis* L. *et* A. *quas forte* Lucilla Annii *legas.* | Sarda | | |
| 410 | COMMODI caput, pelle leonis Herculis ritu comtum, *opere docto.* | Praſios | Imp. Ro. Aug. | Muſ. Flor. T. 1, tab. 15, 4. |
| 411 | Alia illius laureati paludatique Imago, in gemma parua. | | | |
| 412 | CRISPINAE Imago pulchella. | Sarda | C. Moszynski | |
| 413 | L. HELVI PERTINACIS laureati paludatique imago. | Sarda | | |
| 414 | Alia, vt editur, illius, nudo capite. | Iaſpis | | |
| 415 | Aliud eius laureati caput, e gemma maxima altius ἔκτυπον. | Onyx exſc. | | |
| 416 | TITIANAE forte, *mitella ſingulari ac taeniis comtae,* caput. | | | |
| 417 | M. DIDII IVLIANI Caput laureatum, e gemma magna alte ἔκτυπον. | Achat. exſc. | | |
| 418 | DIDIAE CLARAE Imago. | | | |
| 419 | C. PESCENNII NIGRI caput laureatum, in gemma maiore, ſingulari: et illa quidem elementis multis Coptorum more litterata. | Iaſpis rub. | Rex Gall. | Mariette T. 1, tab. 55. |

420 Aliud

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 420 | Aliud eius, vt editur, laureatum. | | | |
| 421 | Et aliud, ſcalptura quidem melius, in gemma parua. | Carched. | | |
| 422 | Aliud illius. | | | |
| 423 | SEPTIMII SEVERI hinc et IVLIAE, inde CARACALLAE et GETAE, capita iugata: *Natteri* opus. | Sarda | | |
| 424 | Argumentum idem in gemma minore. *Eiusdem* opus. | Sarda | | |
| 425 | SEPTIMII SEVERI cum Aegide in pectore Imago laureata. | Carbunculus Amethyſtiz. | | |
| 426 | IVLIAE PIAE, *vel Iul. Domnae* Imago. | Sarda | | |
| 427 | IVLIAE PIAE et PLAVTILLAE capita inuicem adverſa. | Cryſtallos | C. Moszynski | |
| 428 | M. AVR. CARACALLAE caput laureati. | Sarda | | |
| 429 | Alia illius capite nudo paludati Imago. | Carched. | In Britannis vſquam | |
| 430 | Alia eiuſmodi capite laureato, in gemma maxima | Onyx | a Rachel | |
| 431 | CARACALLAE et GETAE capita | Achaton. | Idem | |
| 432 | OPELII MACRINI laureati ac paludati Imago. | | | |
| 433 | Eiuſdem ac DIADVMENIANI Imagines eiuſmodi vultibus inuicem obuerſis. | | | |
| 434 | DIADVMENIANI caput pulchellum. | | | |
| 435 | ELAGABALI caput laureatum. | | | |
| 436 | ANNIAE FAVSTINAE, *vt editur*, ſedentis cum ſce- | Sarda | | |

 ptro

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | ptro ſuper aquila, et aſtris circumdatae, conſecratio. | | | |
| 437 | IVLIAE MAMMAEAE Imago. | Onyx | a Block | |
| 438 | PAVLINAE MAXIMINI caput velatum. | | | |
| 439 | Aliud eiuſmodi illius. ſiue Fauſtinae minoris eſt. | | | |
| 440 | M. CLODII PVPIENI caput. | | | |
| 441 | CLAVDII GOTTHICI caput radiatum. | | | |
| 442 | PROBI, cum clypeo caelato, et IVLIAE PROCLAE, *vt quidem eduntur,* capita iugata. | | | |
| 443 | MAXIMIANI ARMENTARII caput laureatum. | Achatonyx | Rex Gall. | Mariette T. 2, n. 80. |
| 444 | CONSTANTINI MAGNI loricati et galeati, cum ſcuto et haſta, Imago. | | | |
| 445 | Eiuſdem, vt edunt, ſpecies armati in equo, pugnantiſque aduerſus hoſtes proſtratos, aut ſupplices. | Iaſp. rub. | L. B. a Stoſch | |
| 446 | MAGNENTII, DECENTII ac DESIDERII capita iugata. | | | Begeri Theſ. Brandenb. T. 1, p. 132. |
| 447 | IVLIANI Apoſtatae, *vt editur,* paludati, capite nudo, Imago, in gemma maiore. | Cryſtallos | Rex Gall. | Mariette T. 2, n. 55. |
| 448 | Et alia eius barbati et Flauiae Helenae, capitibus iugatis, Imago. | | | |
| 449 | Mulieris Imago incognitae obſcurior. *Niſi quidem Thyas eſt.* | | | |

VI. RES

# VI. RES MILITARIS.

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 450 | NAVIS longae roſtratae cum ſignis militaribus ſpecies. | Iaſp. alb. | C. Moszynski | |
| 451 | COLONIARVM, ROM. II, *vt interpretando accipiunt*, deductarum ex vna legione vndecima, in Africam, in Aegyptum, et in Hiſpaniam, ſignificatio ingenioſa, ſignis multis, in gemma maiore. Medium quidem areae obtinet lupa cum Romulo et Remo: a dextris primum Africae Imago elephanti pelle comtae ſpectatur: ſub ea Neptuni fere caput. Poſt eos in ora gemmae dextra Scorpius, mox ante ora Africae et Neptuni vitis felici palmite laeta altius tollitur, vitiferae prouinciae ſigno: et in medio Aquila legionis vexillo preſſa vtrinque ſignis cohortium duobus cingitur: mox faſces duo cum ſecuribus poſiti. a ſiniſtris adſpicit Africam Cybeles fere Imago Aſiae ſigno. Infra eam cuniculus cum tropaeo. haec inter ſigna militaria ſparſae ſunt ſiglae ac notae, L. X. I. C. P. F. in ima gemma iſtae, Q. F. Ǝ¯. T. Q. *E quibus paret, intellegi* | Sarda | Imp. Ro. Aug. | Muſ. Flor. T. 2, t. 19, 1. |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | *de eis Legionem vndecimam non poſſe. Inferius poſitas ſiglas cum monogrammate ſic facile, ſi audentior videri velis, legas:* Quintus Fabius Et Titus Quinctius. *Nobis videtur Imperii Romani maieſtas, ac terra marique legibus et armis per omne genus humanum propagata auctoritas, indicari his tot ſignis diuerſis.* | | | |
| 452 | EQVES trabeatus, qui peditem armatum proſternit. | Sarda | | |
| 453 | MILES Graeco ritu armatus cum clypeo, Victoriae ſignum cum palma et corolla in dextra poſitum geſtat, *ſiue Mars victor eſt. infra mortalis paruus ac nudus opem eius implorat.* | Sarda | Dux Odeſcalc. | Muſeum T. 1, t. 22. |
| 454 | Alius lorica et clypeo ad pedes poſitis, in gemma parua. | Onyx | Dn. Baſeman. | |
| 455 | Alius nudus caſſidem Graecanicam dextra geſtat, ſiniſtra clypeum et haſtam. | | | |
| 456 | Imperator paludatus ſtans ad aram, cuius in ignem accenſum thura ſpargit, *opus d.* | Hyacinth. | Rex Gall. | Mariette T. 1, n. 42. |
| 457 | SALII ancilia portantes. ſ. tropaeum ſtatuentes. | Sarda | | Gorius in Gemmis aſtrif. |
| 458 | OVATIO, ſiue reditum dicas Victoris in equis, praecedentibus captiuis, in gemma maiore, ſignis hominum ſex. | Sarda | Rex Gall. | Mariette T. 1, t. 109. |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 459 | EQVES fugiens cum haſtis duabus, ſiue ille rediturus in caſtra victoriam praenunciat. | Iaſp. rub. | | |
| 460 | Alius qui hoſtem petit haſta infeſta. | Sarda | | |
| 461 | ACHILLES citharoedus, in gemma parua. | Onyx | C. Moszynski | |
| 462 | Captiuus e Troianis fere in clypeo ſedens, manibus poſt tergum reuinctis, in gemma parua valde conuexa. | Sarda | | |
| 463 | MILES optime armatus ritu Graecanico, clypeo caelato: in genua ille ex vulnere procumbens. | Sarda | | |
| 464 | Alius nudus conſurgens ad pugnam. *quali apud Romanos ſtatu triarii in ſubſidiis fuerant.* | Sarda | C. Moszynski | |
| 465 | PATROCLI corpus nudum adoleſcentis, a Menelao, vt equidem puto, ſublatum. *Vulgo* pietas militaris *hoc argumentum dicitur. Penes me perſpicua ſignificatione in amethyſto vetuſtiſſima eſt. deligebatur autem hoc gemmae genus etiam luctus in re dura ſignum.* | Sarda | | |
| 466 | ANCILIA portantes: ſiue tropaeum ſtatuunt. infra victus hoſtis procumbit, manibus poſt tergum reuinctis. | | | |
| 467 | VICTOR quidam externus in quadrigis. *opus non bonum.* | Lap. Arm. | à Rachel | |
| 468 | Alius in bigis Elephantorum. | Achates | | |

## VII. LVDI ALIIQVE RITVS FERME ROMANI.

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 469 | GLADIATORIS aduleſcentuli ferme nudi ſtatus: *ſiue ille mulieris iuuenculae eſt, quod e capite fortaſſe paruo, et e pectore, pedumque econformatione, iudicare mauelis: non rudem certe tenentis, ſed gladium in vagina cum loris ſuis. Quod autem ſemibarbaris litteris magnis ruſtice inſcriptum eſt,* CAEKAS, *non illud ad ſcalptoris artificis nomen ſignificandum vnquam traxeris.* | Vitr. Obſid. ant. | | L. B. a Stoſch, t. 21. |
| 470 | Rurſus MENELAVS Patroclum tollens, vt modo n. 465. | Carched. | | |
| 471 | AGITATOR nudus in quadrigis, *Auli* opus. | | | |
| 472 | CIRCENSES, bigis conſpiciendis tribus. | | | |
| 473 | Alii Circenſes in Circo maximo, quadrigis quatuor. in gemma anulari, ſignis hominum, equorum, donorum, amplius XXX. | Sarda | L. B. a Stoſch | Cauſei Gem. t. 130. |
| 474 | LVCTATORVM par magna vi contendens prope Hermae ſignum: inde adſtante Agonotheta. | Sarda | C. Moszynski | |
| 475 | ATELLANAE, *ut interpretantur,* quaedam ſcena. *argumentum ſingulare,* ſignis actorum ac ſpectato- | Sarda | | |

rum

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | rum numero fere XVI. in anulari gemma. | | | |
| 476 | PERSONATI, *quem* Pantomimum *eſſe aiunt*, ſpecies ac ſtatus ſingularis. | Sarda | | |
| 477 | SPHAERISTA, *vt editur*, in gemma minima. | Sardonyx | C. Moszynski | |
| 478 | NVDVS in genu ſiniſtrum inclinatus, et amphoram magnam tractans. | Sarda | | |
| 479 | Alius eiuſmodi faber ſedens, vas magnum pulcrumque, aſperum illud Sphingis ſigno, ſculpere videtur. *Acraganta, aut alium eius ordinis ac loci, interpreteris, licet.* | Sarda | Netſcher Romae | |
| 480 | Alius ſedens in codice, aliamque talem diotam magnam ornatiſſimamque, et hypampelo inumbratam, extundens, in gemma minore. *opus item pulcrum.* | Sarda | Rex Gall. | Mariette T. 1, t. 120. |
| 481 | MVLIER eleganter ſtolata, arundinem dextra, ſiniſtra fere laſerpitii ſurculum geſtat. | Sarda | | |
| 482 | BVBVLCVS licium et femoralia indutus, amictus rhenone, vel maſtrucam dixeris, vaccas agens. *opus bellum.* | Sarda | C. Moszynski | |
| 483 | CAPRARIVS eiusmodi, cum cane et capra arborem roſura. | Praſios | Idem | |
| 484 | Alius eiuſcemodi ſedens. | | | |
| 485 | HERCVLES adoleſcens, *ſiue Theſeus eſt*, cum claua, ſedens, vt labore fatigatus, | Amethyſtos | Imp. Ro. Aug. | Muſ. Flor. T. 1, t. 92, 8. |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | aut futura cogitando ſecum voluens in arboris magnae trunco, a qua arbore fiſtula ſuſpenſa eſt: pedem dextrum imponit arae coronatae. Inter pedes capra paſcitur, *breuitate ſua, vt ara quoque talis, magnitudinem oſtenſura herois vel dei: nam poſſis item Apollinem, dum Admeto ſeruit, putare, vel Adonin, ſi mauelis. Eſt autem opus in gemma magna doctum, dignumque hac noſtra in rectius enarrando cura.* | | | |
| 486 | ANVLI SIGNVM cuiusdam *ſymbolis rerum pulcherrimis exornatum et circumdatum.* In medio orbe anuli capra, quantum cernere eſt, foeta apparet cubans: ſummo in anulo palam premens Victoria in bigis: in ima gemma faſcis virgarum ſine ſecuri: vtrumque anuli latus ſpicis tegitur: earum ſuper laeua papilio volat. Inter anulum et faſcem litterae M. VARR. geminam, *opere docto, impenſe bellam, inſcripto Marci Varronis nomine,* nobiliſſimam reddunt. | Sarda | L. B. a Stoſch | |
| 487 | Aliud ANVLI ſignum eiuſmodi. In medio orbe | | | |

fere

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | fere cuniculus cubat: vtrinque ſpicae: in cornibus palae hinc et inde Harpyiae inſident. | | | |
| 488 | MVLIERIS peplum indutae ac diſcinctae, ſedentis illius in ara, tanquam lugentis, ſpecies ſingularis. Praeſicam edunt. ante eam columna poſita, in qua vrna, *praeſericuli ferme figura*, cernitur. *Noſtras inter anulares vna atque altera vetus et bona eandem ſpeciem mulieris praefert: vnde eruere fortaſſis argumenti ſententiam conferendo, ſi tanti eſt, poſſis.* | | | |

## VIII. ANIMANTIVM BRVTORVM DIVERSAE SPECIES ET MONSTRA ET GRYLLI ET ABRAXAE.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 489 | LEONIS ſignum gradientis, in gemma, maiuſculum. | Sardonyx | | |
| 490 | Alius LEONIS aduerſi intuentibus, et quaſi iram colligentis, *aliquanto pulcrius: opere docto.* | Sarda | | |
| 491 | Alius LEO praedam veſtigans. | Sarda | C. Vicedom. ab Eckſt. | |
| 492 | Alius equum, in quem ſaltu ſuperuenit, rumpens. in gemma maiore. *opus doctum.* | Sarda | | |
| 493 | Alius ceruum rumpens, in gemma minore, conuexa. | Sarda | L. B. a Stoſch | |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 494 | LEONVM et VRSI vaccam ſternentis, interemto cane cuſtode, venatio, quatuor equitum cum venabulis ſtudio. Supra Iupiter oculis rem aequis adſpicit. *Opus pulcrum in gemma maxima.* | Sarda | Rex Gall. | Mariette T. 1, n. 123. |
| 495 | LVPVS ouem, capra fugiente, vorans. *in gemma parua.* | Sarda | | |
| 496 | LVPVS caprae tenens vnguibus protomen. *opus ignobile.* | Sarda | L. B. a Stoſch | |
| 497 | BOS cornupeta. *opus pulcrum, in gemma parua.* | Sarda | Idem | |
| 498 | EQVVS paſcens. | Sardonyx | C. Moszynski | |
| 499 | GRYPHVS ceruum euerſum, *ſeu Strepſicerota dicas,* lacerans. | Sarda | Dux Strozi | |
| 500 | CVNICVLVS in gemma minima. | Sarda alba | Dn. Iuſt. Conſ. | |
| 501 | LEAENA praedam paruam, *ſeu lepus eſt, ſiue aliud quid eiusmodi,* lambendo rumpens. *Felem ediderant.* | Sarda | Dux Strozi | Muſ. Flor. T. 2, t. 95, 9. |
| 502 | MVS *Apollinis Sminthei, in orbem panis maiuſculi inſidens. Quem panem cultri quaedam ſpecies obſcurior tranſit, ſiue ea claua eſt, cum clypeo.* | Sarda | C. Moszynski | |
| 503 | AQVILA in ara inſidens. | Sarda | Idem | |
| 504 | Alia eiuſcemodi in gemma valde conuexa. | Carched. | a Rachel | |
| 505 | AQVILAE CAPVT lauream tenentis. *In noſtris quidem aquilarum proto-* | Sarda alba | Dn. Iuſt. Conſ. | |

*mae*

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | *mae priſci operis pluſculae.* | | | |
| 506 | AQVILA alis expanſis fulmen tenens. infra claua eſt, et circum diuerſae animantium ſpecies, et ſpicae, et ſupra ſceptrum Iouis eſt, *in gemma parua. Columbam eſſe putabant, quoniam opere non optimo obſcurius argumentum.* | | | |
| 507 | FORMICA. | Sarda | C. Moszynski | |
| 508 | Et alia eiuſmodi. | Sarda | Idem | |
| 509 | SCORPIVS *in gemma conuexa diligenter inſcalptus.* | Achat. var. | PR. REG. EL. SAXON. | |
| 510 | SERPENS radiato leonis capite, *Coptorum more.* | Praſios | C. Moszynski | |
| 511 | CVLICIS quaedam ſpecies vitis folio inſidens. *opus ſingulare.* | Sarda | L. B. a Stoſch | |
| 512 | PERSONA ſeruuli comica. | | | |
| 513 | Alia fere mulieris grandioris, *vtraque rectis vultibus.* | | | |
| 514 | Alia viri iuuenilior, *obliquo vultu.* | | | |
| 515 | Alia externae nationis hominum ſingularis. | Achaton. | Dn. Iuſt. Conſ. | |
| 516 | Eiusdem hominis cultu ſingulari iam caput, nec perſona. *In noſtris quoque anularibus bis terue ille idem cultus conſpiciendus eſt.* | Onyx | C. Moszynski | |
| 517 | SYMPLEGMA PERSONARVM trium. *qua videlicet apri proboſcis ac protome pro perſona numeratur.* Meleagri *edebant.* | Sarda | Idem | |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 518 | MVLIERIS BACCHANTIS Imago. *perſona Sileni ac Panis duplici comta.* | Sarda | | |
| 519 | Alia PERSONA duplex Bacchi ac Sileni. *omnes eiuſmodi pro Socratis vultu Chifletius errore cuiusdam ſimilitudinis ediderat.* | Sarda | | |
| 520 | Alia eiuſmodi duplex. | Sarda | | |
| 521 | SYMPLEGMA PERSONARVM, ſenis et adoleſcentis, cum protome Elephanti. | Sarda | | |
| 522 | Aliud PERSONARVM SYMPLEGMA, artifici opere factum, cum protome leonis, a ſiniſtris caduceus: ſupra, pedum: infra, claua ſpectatur: quod *oſtendit quidem ac declarat, Panis, Mercurii et Herculis, eas accipi perſonas poſſe.* | Praſios | Rex Gall. | Mariette T. 1, n. 72. |
| 523 | Aliud SYMPLEGMA PERSONARVM *fere tragicarum,* ſingulari cultu, cum cornibus Iouis Hammonis, trium. | Sarda | | |
| 524 | Aliud eiuſmodi perſonarum trium cum elephanti protome, qui facem proboſcide geſtans regit. | Sarda | | |
| 525 | CASSIS caelata et ornatiſſima ſignis caniculae in ſummo, quod verticem tegat, cubantis, et ante ora apri rictu: ad ceruicem arietis capite. | Sarda | | |

526 Chi-

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 526 | Chimaerae *opere docto et probo* ſpecies. Πρόσθε λέων, οπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. | | | |
| 527 | GRYLLVS *ſcienter eleganterque compoſitus* e gallo gallinaceo, perſona Graecanica, capite anſerino, et arietis capite. | Sarda | L. B. a Stoſch | |
| 528 | VAS magnum ac pulcrum docteque caelatum foliaturae, vt vocant, antiquariae ſignis. | Sarda | Dux Deuonius | |
| 529 | Aliud eiuſmodi caelatum Faunorum ac Satyrorum ſignis. | Sarda | | |
| 530 | Aliud perſonarum ſingulari ſpecie caelatum: quarum in medio mulier nuda habitior, *Venerem nos πάνδημον putamus*, ſacra facit Priapo. *Opus ſingulare ac probum.* | Onyx | Com. a Brühl | |
| 531 | Aliud caelatum item tali mulieris pinguioris ſacro. | Sarda | L. B. a Stoſch | |
| 532 | Aliud Victoriae quadrigis: infra in ventre amphorae Sphinges duae ſeſe contuentur. | Sarda | Idem | |
| 533 | Aliud, perſonis ac Sphinge caelatum. | | | |
| 534 | Aliud ſignis aſperum: | Sarda | | |
| 535 | Et aliud, *in gemmis paruis.* | Sarda | | |

## IX. IMAGINES ILLVSTRIVM SAECVLI FERE PRAESENTIS.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 536 | FRANCISCI PRIMI Galliarum Regis Imago loricata. *Matthaei Naſſarii* opus. | | Rex Gall. | Mariette T. 2, n. 119. |



537 HEN-

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 537 | HENRICI QVARTI Gall. Regis item elegans Imago, in gemma parua. | | | |
| 538 | LVDOVICI XIII. Gall.R. Imago. | Iaſp. vir. | Rex Gall. | |
| 539 | LVDOVICI XIIII. Gall.R.caput. | Sarda | | |
| 540 | Aliud illius aetate prouecta caput. | Sarda | | |
| 541 | AVGVSTI II. Polon. Regis Imago: *Hubneri* opus. | | | |
| 542 | AVGVSTI III. Poloniarum Regis Optimi indulgentiſſimique Imago. opere probo expreſſa. | Sarda | | |
| 543 | ALEXANDRI ALBANI Imago. *Natteri* opus. | Sarda | | |
| 544 | PETRARCHAE ac DANTIS ALIGHERII Capita inter ſe aduerſa. | Carched. | | |
| 545 | IACOBI, qui vulgo Britann. Imperii Petitor audit. *Flauii* opus. | | | |



Explica-